quaſi omnes ſpoliabantur. et venientium oblationes auferebantur. Quos omnes papa primo ammonuit. poſt excommunicavit. tertio quia contempſerunt manum armatam appoſuit. Et primo raptores oblationum ſcī Petri aut penitus extinxit aut fugavit. Occiſis itaque raptoribus. tunc oēs homicidam ipm̄ clamantes, non papam ſi ſanguinarium dicebant. Cardinales quoque in infirmitate in qua mortuus eſt. ipm̄ indignum fore dicebant in ecctia ſcī Petri ſepeliri. qui tot mortibus hominum ſacerdotium fedaſſet. Tunc papa licet infirmus reſumpto ſpū longum ſermonem cardinalibus fecit. aſſerens ſtulte eos locutos fuiſſe. et ſe bene vixiſſe. illud inducens. quod Ezechiel improperabat[9] ſacerdotibus qui non ſe opponebant murum pro domo Iſrael. et multa alia. Et poſt ſubdidit. Cum mortuus fuero corpus meum ante fores ecctie ſiſtite. ianuas quoque ecctie ferris et vectibus firmate, ſi voluntate divina porte aperte fuerint. corpus inferte. alioquin facite. quod vultis. Cumque eo mor.

[9] impabat corr. m. 2.